OLAI
A.
SIL.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai.

1. Gymnasium Logicum repetitum
2. Exercitatio de Cognitione humana universa.
3. Tr. de Esse alicubi seu Ubicatate.
4. Pro methodo Trinitatis aliisq materiis Apologia.
5. Quadrigatus expensus seu Consideratio quadrigae quaestionum de Syncretismo nonneminis Witteberga emissa.
6. Exercitatio de Prudentia Theologica.
7. Exerc. de Obedientia tam Civili quam Spirituali.

GYMNASIUM LOGICUM REPETITUM.

Sexdecim disputationibus iteratis absolutum, & secundâ vice in Gymnasio Gedanensi percursum.

Authore & Præside

HENRICO NICOLAI,
Philosopho & Theologo, ac
Professore Publico.

Editio secunda, Ab Auctore revisa, auctior, & accuratior.

Adjecta est ad calcem Coronis de Naturâ & Constitutione Philosophiæ.

Gedani, Typographo GEORGIO RHETIO
denuò exscriptum. Anno Orbis redempti
M. DC. XL.

ILLVSTRISSIMO SVECORVM CANCELLARIO.

S. & Cultum.

REdit labor noſter in Orbem, Illuſtriſſime HEROS, Domine Gratioſiſſime: Tuiq́; auſpiciis nominis iteratam lucem periclitatur. Nec Patronum ſibi in TE deſperat, qui priorem ſui operam mirificâ ſerenitate abs TE & patrocinio ſuſceptam, & munerario decoratam meminiſſe debet. Injurium ratus, tâm benigni in omne genus litterarum animi favorem non duplicato nexu, ubi occaſio ſuppetat, ſibi devincire. Suſcipe, MAGNE LITTERARVM AMORVMQUE ARBITER, ſereno vultu iteratum exigui laboris fœtum. Tantò tuo minorem faſtigio, Quantò Tu maximus omnium litterarum cluis Patronus. Authorem etiam porrò inter Tuos eſſe permittito, bonoq́; pacis & litterarum feliciter, Illuſtriſſime Domine, quod agis. Vale. Gedani. E. Gymnaſio Noſtro. Nonis Juniis, Anno M. DC. XL.

I. D. & E. T.

Devotiſſimus Cultor

HENRIC. NICOLAI

Prof.

PERILLUSTRI ac GENEROSISSIMO
Domino

Dn. AXELIO OCHSENSTIRN, summo Regnorum Sueciæ &c. Cancellario, & ad Exercitus in Germaniâ Legato plenipotentiario Eminentissimo. &c. &c. Domino suo Gratiosissimo

Salutem & felicitatem.

Generoso animo, Perillustris & Generosissime Domine, *cœlitùs illabi crediderim, favorem litterarum. Sive fatorum est dispositio, herorum animum, & rerum clavo admovendum, aut litteris tinctum, aut ijs amicum esse: sive optimus quisquè mortalium altissima sibi destinat; ac post clarè gesta duraturam sui memoriam conciliare avidissimè concupiscit. Cœtera enim rerum magnatibus præstò sint, & ex voto: Vno residuo, & cupidissimè parando, gloriosâ sui in posteris memoriâ. Ne contemptu famæ contempsisse videantur virtutes. Tenuioribus in eo*

sistant consilia, quid sibi ex re futurum putent. Excelso, & ad grandia nato animo, diversa sors cedat: ac præcipua rerum ad famam dirigenda. Id Herculem & Liberum patrem gestis occupare voluisse apud Græcos credidimus: id Quirinum apud Romanos. Nec tantum bellis, victoriis, trophæis, debuisse Pellæum juvenem æstimamus: quantum scribentium fidei, famæ memoriæquè eum sacrantium. Atquè ipse sustinuit fateri, quando subinde felix ipsi prædicatus Achilles, quòd præconem gestorum reperisset Homerum. Quippe ejus clarissimo ingenio, sine exemplo maximo, Achillem, Hectorem, Agamemnonem, ceterosq; heroäs famâ rerum hodienum prosequimur: Et legentis herois animum, æmulatione excelsa facta inter legendum percellunt. Ante Agamemnonem vixisse fortes Lyricus in lamenta compositus conqueritur: sed illacrymabiles urgeri, ignotosquè longâ nocte, quòd vate sacro caruerint. Ita paulùm sepultæ distare inertiæ celatam virtutem. Cæterorum Imperatorum, Cæsaris, Scipionum, Pyrrhi, Annibalis, ac aliorum facta, eadem sors occupasset: hausissetquè clarissima gesta absorbens oblivionis vorago, nî soporem sensibus diffusum litterarum memoria excussisset. Ignorant hæ leges fatorum; aut exsuperant. Ac, ut cæteri, cum interitus occupat, & re & famâ emoriuntur: sic literis consecrati tùm maximè vigent, cum defunctorum desiderium beatam legentium exercet memoriam. His ab Lethæis poculis aptissimè vindicamus Heroës: Et cum vita ipsa, quâ fruuntur, exigua ad usuram data sit: immortalitati eos non Zamolxidis institutis aut deliramentis Getarum, sed divino

verissi-

verissimoquè modo inter mortalium perpetuationes asservamus. Victoriæ bellorum, trophæa, urbes vel conditæ, vel instauratæ, præclara censentur possessio: sed fatis abreptos authores vix comitantur. Et in hominum memorâ parum est: nisi divinâ velut manu succollet scribentium veracitas. Gesta prætereunt: homines abeunt: Cæteraq; interitu, suo unumquodq; ordine, occupantur. Memoria gestorum litteris signata æternitati promittitur: ac per librarios distributa heroum facta cognitionem mortalium repetitis lectionibus felicissimè exsaturant. Atheniensium *res præclaræ, satisq; amplæ fuerunt. Minores tamen, quàm pro famâ condentium. Namq; illustria ingenia ibi provenientia, in ingens elogium facta ipsorum extulerunt. Inde res Atheniensium universus Orbis pro maximis accepit. Et quod defuit gestis, pensatum ingeniis. Exin ut præclara occupare, excelsæ indolis proprium: sic factorum diuturnam extare memoriam cupidissimè procurat. Quâ in re Excell. Tuam,* Perillustris ac Generosissime Domine, *egregiâ conjugatione pulcherrimam navare operam, dudum rescitum mihi, & creditum. Non Tibi satis, moderamine ingentium rerum celebrari: consiliis, queîs Orbem Germanum capessivisti, præcellere; ordinare confusa: præcipere futura: Sed & litteras, aptissimas famæ Tuæ servatrices, adeò in illo fastigio non despicis, ut sæpè eas admittas in consortium, suavi earum exercitio refocillaturus seria curarum. Quidquid â publicis gravibusq; negotiis vacui datur, non pudet huc referre atq; conjicere.*

Ani-

Animusq; vicissim
Aut curam impendit populis, aut otia Musis.

Nec ullam scientiarum factæ Tuæ ad usum & negotia virtutes excludere feruntur. Etiam illos non aspernari memoraris, quibus ulla litterarum pars libata, aut hausta. Ergò & his præmia undecunq; abs Te destinata. Acciti Theologi, Philosophi, Historici, cæteriq; è scientium familiâ, ut quis ingenio promptus, aut artibus excultus. Provisum iis de sumptibus, quibus conciliandos putasti illos, qui vel scientias discentium animis instillarent: vel gesta lecturis futurorum annis commendarent. Testimonium hujus, ne alia arcessam, publicum extat, restitutæ illustris in Germaniâ Academiæ Erfordianæ. Eo, quantum præsentibus beneficij tribuisti: tantum famæ memoriæq; futuris temporibus, non immeritus dicendi, conciliasti. Quæ me ratio movit, ut exiguæ huic opellæ, & gymnasmatis velut in umbrâ captis, nominis Tui fulgorem præfigere sim ausus. Eo, si ineptus videor, qui gravibus fastigij Tui occupationibus re leviculâ intercurram: deprecetur pro me animus, veneratione Tui perculsus, quòd audentem amor conciliârit. Quod si non despicis exiguum cippum, honori cultuiq; Tuo erectum, ad tholos tuos suffigere: solatio explicabit se idem animus, posse & exigua scripta ingenti patrocinio nixa, lucem intueri. Suscipe, Generosissime Domine, *benignâ fronte tenuem libellum, qui nullam litteraturæ partem, ut fastigio tuo indignam, aspernari narraris. Si non satis decorum virtutis Tuæ videtur t stimonium: cultus tamen mentisq; meæ non fucatum extet argumentum. Pergeq; Palladem armatam cum sagatâ sic*

consun-

confundere, ut quos eventus sub unâ miramur, sub alterâ fidis memoriæ dicatos filiab. posterorum non ingratis committamus lectionibus. Merebitur Ex. Tua summi Poëtæ de Augusto elogium,

Quòd prælia Musis
Temperet, & Goticum moderetur Apolline Martem.

Si exiguum operis susceptum ab E. T. compererо, id saltem habiturus sum pretij, ut majora volventem animum Mecœnatem inventurum sperare possim. Interea id satis futurum est, si, qui hæc lecturus atq; acceptaturus est, fuerit ArchiCancellarius. *Quem felicem cum suis agere, & consiliis, cœptis, eventibus, clarum perennare exopto. Gedani. E Gymnasio Reipublicæ, pridiè Nonas Februarias. Anni M. DC. XXXVI.*

Perillustris Generositatis
& Excellentiæ Tuæ

Observantissimus

HENRICUS NICOLAI, Philosophiæ in Gymnasio Gedanensi Prof. Pub.

Syllabus disputationum Logicarum.

I. De naturâ & constitutione Logices. pag. 1.
II. De Termino Logico generali. pag. 27.
III. De Termino prædicabili. pag. 49.
IV. De Termino prædicamentali. pag. 67.
V. De Termino postprædicamentali s. dissentaneo. pag. 85.
VI. De Termino complexo. pag. 103.
VII. De Propositionis definitione & partibus. pag. 121.
VIII. De Propositionis divisione. pag. 139.
IX. De Propositionis affectione. pag. 165.
X. De Syllogismi definitione & principiis. pag. 191.
XI. De Syllogismi divisione. pag. 217.
XII. De Syllogismo Modali. pag. 243.
XIII. De Syllogismo Apodictico. pag. 269.
XIV. De Syllogismo Topico. pag. 291.
XV. De Syllogismo Elenchtico seu fallace. pag. 309.
XVI. De Methodo & Ordine. pag. 327.
CORONIS, De Naturâ & Constitutione Philosophiæ. pag. 345.

Elenchus præcipuorum Erratorum in scripto hoc occurrentium.

Pag. 5. l. 1. Lege, *Anaxagoras*. Pag. 8. l. 20. *Assignando*. P. 14. l. 20. *Externa*. P. 16. l. 1 *moris*. P. 23. l. 19. *Notiones*. P. 39. l. ult. *quidditativè*. P. 40 l. 22. *disputatione*. P. 21. l 4. *Exhaurire*. l. 28. *Personales* P. 45. l. 5. *Terminus absolutus*. l. 7. dele *absolutus*. P. 50 l. 28 *formalis*. P. 62. l. 15. *habent*. P. 68. l. 12. *spectatis*. P. 90. l. 27. *Scheiblerum*. P. 94. l. 27. c. 3. §. 14. P 98. l 12. th. 25. l. 23. *disparata* l 29. *Ut homo*. P 99. l. 13. *disparata*. P. 126. l. 1. *Sed*. P. 130. l. 4 *Si*. l. 19. *complexis*. p. 167. l. 14. *Syllogismum*. P. 96. l 23. *Syllogismus*. P. 214 l. 7. *Particularis*. l 30. *Nec*. P 231. l 27. & 28. *Extremorum*. P. 235 l. 24. *Sunt*. P. 236. l 7. *Enthymemate*. P 264. pro 624 lege 264. P. 265. pro 264. lege 265. P. 275 l. 19 *Censuerunt*. P. 298. l 30. *beneficio*. P. 308. l. 12. *Potest*. l. 32. *scriptis*. Ead. lineâ dele, An. P. 334. l. 10. 326. P. 325 l. 1. *diserius* l. 11. *Unus*. P. 326. l. 24. *Quidam ajunt*. P. 327 l 10. *consecutus*. P. 329 l. 12 dele, *Ut*. P. 333. l. 1. *divisiva*. P. 363. l. 20. *praxios*. P. 364 l. 15. *addiscentium*. P. 368. l. 18 *Brochmandus*. P. 375. l. 25. *possit*. P. 376. l. 22. *pronuntietur*. P. 378. l. 21. 2 dele *seu*. P. 381 l. 1. *solum*. P. 387. l. 7. *formæ*. P. 390. l. 29. *disciplinarum*. Reliqua Lector ipse corriget.

❧ ❋ ❧

H. NICOLAI
OPERA.
TOMUS II.